

III. MUTATÓ NÉVMÁSOK

1. Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis.
2. Invenit Archagathus paucos qui vellent accipere; iis dedit. Eos nummos tamen iste Archagatho non reddidit.
3. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat. Is Agricola vicesimae legioni praeposuit.
4. Is Ascanius florentem iam atque opulentam urbem matri relinquit, novam ipse aliam sub Albano monte condidit.
5. Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit.
6. Hanc tu, Publi Dolabella – magno loquor cum dolore –, hanc tu, inquam, potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere?
7. Gratia Sex. Naevi ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimesco.
8. Verum enimvero lege id prohiberi et conubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est.
9. Ea demum magna voluptas est, C. Sallusti, aequalem ac parem verbis vitam agere.
10. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset?
11. Nullae sunt occultiores insidiae, quam eae, quae latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine.
12. Ea celeritate atque eo impetu milites ierunt, cum capite solo ex aqua exstarent, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent ac se fugae mandarent.
13. Praesta te eum, qui mihi a teneris unguiculis es cognitus.
14. Ego enim is sum, qui nihil umquam mea potius quam meorum civium causa fecerim.
15. Si est quisquam, qui acute in causis videre soleat, quae res agatur, is es profecto tu.
16. Non prorsus omnisque, qui sine dolore sint, in voluptate, et ea quidem summa, esse dico.
17. Negotium magnum est navigare atque id mense Quintili.
18. Caesar ad flumen Tamesim exercitum duxit; quod flumen uno omnino loco pedibus atque hōc aegre transiri potest.
19. Erant in eo plurimae litterae nec eae volgares, sed interiores quaedam et reconditae.
20. L. Domitius nulla ille quidem arte, sed Latine tamen et multa cum libertate dicebat.
21. Illa autem altera ratio et oratio est ea quidem utilior, sed raro proficit.
22. Ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis non illius quidem iustae, sed quae probari posse videatur.
23. Ludo autem et ioco ūtī illo quidem licet, sed tum, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus.

24. Iam omitte ista atque hoc quod rogo responde.
25. Tuane haec genitor per vulnera servor / morte tua vivens?
26. Difficile'st longum subito deponere amorem, / difficile'st, verum hoc, qua libet, efficias.
27. Genus hoc est ex essedis pugnae.
28. Scito nihil umquam fuisse tam infame, tam turpe, quam hunc statum, qui nunc est.
29. Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae; / ipse subibo umeris nec me labor iste gravabit.
30. Sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.
31. Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, / quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
32. Quotiens iam tibi extorta est ista sica de manibus!
33. Turno tempus erit, ... cum spolia ista diemque / oderit.
34. Quodsi Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros fundere ex tempore, quanto id facilius in oratione consequemur!
35. Studia doctrinae pariter cum aetate crescunt, ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, senescere se multa in dies addiscentem.
36. Dicam, si potero, rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi.
37. Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si ūtī non licet superiore.
38. Aut operā benigne fit indigentibus aut pecuniā. Facilius est haec posterior locupletati praesertim, sed illa lautior ac splendidior et viro forti claroque dignior.

39. At est <senex> eo meliore condicione quam adulescens, cum id quod ille sperat, hic consecutus est; ille vult diu vivere, hic diu vixit.
40. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria; haec in tua, illa in deorum manu est.
41. Sed sunt haec leviora, illa vero gravia atque magna, quod meum discessum quasi reprehendere et subaccusare voluisti.

42. Nam mellitus erat suamque norat / ipsam tam bene quam puella matrem.
43. Pythagoreos ferunt, si quid adfirmarent in disputando, cum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos: „ipse dixit”; „ipse” autem erat Pythagoras.
44. Non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde praesidio posset esse civibus suis.
45. Par est autem primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere.
46. Sic illam fert impetus ipse volantem.
47. Cato Lucio Marcio Manio Manilio consulibus mortuus est, annis sex et octoginta ipsis ante me consulem.
48. Modus autem est optimus decus ipsum tenere, nec progredi longius.
49. Pronus in ipso / concidit immundoque fimo sacroque cruore.
50. Ipse diem noctemque negat discernere caelo / nec meminisse viae media Palinurus in unda.
51. Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
52. Nunc ipsum sine te esse non possum.
53. Alius Latio iam partus Achilles, / natus et ipse dea.
54. Visne igitur, o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare?
55. Praeterea regina, tui fidissima, dextra / occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit.
56. Nec me meminisse pigebit Elissae / dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
57. Thebis in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt.
58. His actis aliud genitor secum ipse volutat.
59. Est enim perspicuum nullam artem ipsam in se versari, sed esse aliud artem ipsam, aliud, quod propositum sit arti.
60. Necesse est, si quis sibi ipsi inimicus est, eum quae bona sunt mala putare, bona contra quae mala.

61. Te propter Libycae gentes ... / odere ...; te propter eundem / extinctus pudor et ... / fama prior.
62. Erat enim modestus, prudens, gravis, idem continens, clemens patiensque admirandum in modum.
63. Ti. Gracchus, qui bis consul et censor fuit, idemque et summus augur et vir sapiens, nonne duobus anguibus domi comprehensis haruspices convocavit?
64. Utebatur eo cibo, qui et suavissimus esset et idem facillimus ad concoquendum.
65. Rebus angustis animosus atque / fortis adpare, sapienter idem / contrahes vento nimium secundo / turgida vela.
66. Quem ille natum non agnorat, eundem moriens suum esse dixerat.

GYAKORLÓMONDATOK – MAGYARRÓL LATINRA

- A fent említett Pisót a provinciájában hispán lovasok, akiket a hadseregben vezetett, útközben megölték.
- Numa az új várost – amelyet erővel és fegyverrel alapítottak – joggal, törvényekkel és erkölcsökkel újra meg készül alapítani.
- De a városi csőcselék, az aztán számos okból hanyatt-homlok hajlott a forradalomra.
- Hiszen te sem vagy az az ember, akit semmi más nem érdekel, csak a polgári törvénykönyv.
- Amit tehát fiatalok, ráadásul nemcsak tanulatlan, hanem paraszt fiatalok, megvetnek, attól tanult öregek meg fognak ijedni?
- Azt akarod, hogy igen tekintélyes férfiak is bele legyenek keverve a te és Gabinius bűnébe, ráadásul nem is leplezetten teszed.
- Azok a dolgok ugyanis, amiket mi a test javaiként soroltunk fel, teljessé teszik ugyan az igazán boldog életet, de úgy, hogy nélkülük is létre tud jönni boldog élet.
- A földműves, amikor az olajfa virágát látja, úgy gondolja, látni fogja a bogyót is – és nem is ok nélkül teszi; néha mégis csalódik.
- Ezt a hajfürtöt áldozatul elviszem Disnek, mert erre kaptam utasítást, és eloldozlak téged ettől a testtől.
- Phylarchos azt mondta tanúvallomás gyanánt, hogy ő, mivel ismerte azt a “betegségedet”, ahogy a barátaid nevezik, szeretne volna eltitkolni előled a boglárokat.
- Ez, egy ilyen két lábon járó ostobaság, semmit nem lát, semmit nem hall.
- Királyságából Mithridatés úgy menekült el, ahogy – ugyancsak Pontosból – az a bizonyos Médeia menekült el állítólag.
- Ismert ugyanis Catónak ez a mondása: egyeseknek jobb szolgálatot tesznek adózó ellenségeik, mint kedvesnek látszó barátaik; az előbbieket gyakran megmondják az igazat, az utóbbiak soha.
- De ezek régi dolgok; az viszont új, hogy Caesart az én tanácsomra ölték meg.
- Már kezdett beérni a gabona, és a puszták remény is segített elviselni az ínséget, mert bizakodtak, hogy hamarosan bőségben lesznek.
- Négyyszer állt meg [a faló] pontosan a kapu küszöbén, és négyyszer csörrentek meg a méhében a fegyverek.
- Tudjátok meg mindezt ezektől, akik a mészárlás sűrűjéből menekültek el.
- Sokan még az erényt is megvetik.
- A gondok még a halálban sem hagyják el őket.
- Épp most semmit nem ártottál volna az ő ügyének, ha nem lettél volna Itáliában.
- Győztesként a volscusoktól átvonult az aequusok területére, akik szintén háborúra készültek.
- Turnus fegyverbe szólítja a férfiakat, maga is fegyverbe öltözött.
- Mucius félve tudakolni, melyik a kettő közül Porsenna, nehogy azzal, hogy nem ismeri a királyt, leleplezze saját magát, hogy kicsoda, az írnokot ölte meg a király helyett.
- Mihelyt tehát elhatározta, hogy meghal, pontosan kiterveli magában az időpontot és a módszert.
- Abban a csatában, amelyet a Ianiculusnál Cinna ellen vívtak, Pompeius egy katonája megölte a saját testvérét, majd megtudván, mit tett, saját magát.
- Alkibiadés mindenre alkalmas és megfontoltsággal teljes volt; másfelől azonban, mihelyt elengedte magát, fényűzőnek, szétszórtnak, élvhajásznak, féktelennek bizonyult.
- Így hát Pharnabazosnál keresett menedéket, Iónia és Lydia satrapájánál és egy személyben a király vejénél és rokonánál.
- Így hát azokat, akiknek ti is emlékezhetek egykori hatalmas gyűlöletére és háborújára egymás ellen, később egyedülálló egyetértséssel és szeretettel kötötte össze gyalázatos természetük és ocsmány életük hasonlósága.